



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. LX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

## IN EPISTOL. LVIII.

fol. 107.

**I**N *m. f.* quidem desideratur inscriptio: Sed certum est, missam esse ad Paulinum Patriarcham Aquileiensem.

fol. 108. v. 21.

Scriptitans argumentationes) *De his Sidonius carm. 2.*  
ordine terno

Quæ vel Aristoteles partitus membra loquendi  
Argumentosis dat retia syllogismis.

*Fulgentius præfat. Mytholog.* Platonis auratum eloquium, &  
Aristotelis syllogismaticum verbiloquium.

22. In mente calamum tinxisse) *Ita corrigo, quod in m. f. in*  
*merente. Hoc quod Alcuinus vocat Aristotelicum proverbium,*  
*à Carolo M. auctore usurpavit; si credimus Eckio, qui in caput*  
*Perihermen. hæc habet: Carolus Magnus ad Alcuinum inquit,*  
Aristotelem calamum in mentem tinxisse, dum istum li-  
brum scripserit.

fol. 109. v. 16.

Descendit) *m. f.* discernitur.

26. Faciem non visurum) *m. f.* non vidisse.

## IN EPISTOL. LIX.

fol. 111.

**P**Aulino Patriarchæ) *Vbi Patriarcha fuerit, non exprimitur*  
*in m. f. Sed fuisse Aquileiensem certum est; qui Patriarcha-*  
*tum adiit anno 776. & sedit annos 25. Panuin. Præfuit synodo Al-*  
*tinenfi anno 802. vt patet ex epistola synodali Paulini ad Carolum M.*

## IN EPISTOL. LX.

fol. 112. v. 25.

**V**estrum libellum) *Scipsit Paulinus libellum contra Felicem*  
*Urgelitanum & Eliphandum Toletanum hæreticos, qui exat*  
*tom. 3. Conciliorum & in bibliotheca P P.*

fol. 114. v. 6.

Dumis Hispanici) *Intelligit Felicis hæresim repullulascensium,*  
*quæ ipso auctore eam abnegante apud Reganspurg pri-*  
*imum damnata est, anno 792. vt habent anal. Franc. ed. P. 11.*  
*Mox Romæ coram Adriano Pontifice Felix secundo suam hæresim*  
*detestatus est. Sed iterum antiquus serpens de dumis Hispa-*  
*nici ruris (inquit verè Alcuinus; nam Româ ad ciuitatem suam*  
*reuer-*

reuerfus est, *vt ait Astronomus Ludouici in chron. Vrgellam scilicet, qua, eodem teste, in Pyrenei montis iugo sita* & de spluncis venenatae perfidiae contritum non Herculea, sed Euangelica claua caput releuare conatur, *Verissime, inquam hac Alcuinus: neq enim aliorum hac traho. Propterea tertio damnari debuit, quod factum 794. in Synodo Francofurdenfi presente Carolo M. vt Annales Franc. & Astronomus Ludouici in chron. testantur.*  
 5. Vnam mersionem) De trina mersione in Baptismo retinenda vide ep. 8. fol. 27.

IN EPISTOL. LXI.

DE Auarorum genere triumphatum) *m. s. vitiose: de Varorum. Auares seu Auari tum subacti sunt à Carolo Magno, vtse Alcuino in epistola, quam citat VVillielm, Malmesbur. lib. 1. c. 4. de regno Merciorum. Auares, quos nos Hunos dicimus, exarserunt in Italiam, & à ducibus praefati Regis Christianissimi, superati domum cum opprobrio reuerfi sunt. Similiter & super Bauariã irruerunt, qui & ipsi ab exercitu Christiano superati & dispersi sunt. Lege Rogerum de Houeden parte 1. Annal. anno 795.*

Æricum) *vide de hoc epist. 53.*

fol. 117. v. 26.

IN EPISTOL. LXII.

Ludgarde) *Vxore Caroli Magni, de qua etiam epist. 25. fol. 118. v. 19. & 47.*

IN PROSPERVM.

VBires agitur coniecturis, *ibi, meo iudicio, nemo tuto satis quicquam asserit. In praefatione Prosperi Chronicis praefixa, fuit coniectura nostra, Prosperum Eusebij historiam tantum continuisse. Quod vero Gennadius dicat, se Prosperi Chronicon legisse ab orbe condito vsq; ad captam à VVandalis Romam, id tantum respicere illum computum, quo in fine colligit numerũ ab Adamo. Et hoc exem-*

fol. 132.

PPPP 2 plo